Quelle: http://manuscripta.at/?ID=8999
Copyright: Melk, Benediktinerstift



tes · que fatienda erant inchoabant · candelas incendebant · feretrumq; leuabant · Eadem ho
ra uentus quieuit · pluuia uirtute diuina interim suspensa cessauit · donec de lato in ec
clesiam corpe salutaris hostia peo as a cerdotib; immolarent · et scm corpusculum sepulture
traderetur · Pacto autem exequiarum officio · discedunt turbe · que confertim undiq; co
fluxerant · omni studio · moxq; tempestas tanta freno laxata redit quanta et iam ante sepul
turam fuit · Omnes hec uidentes de tanto miraculo letificati · grates immensas retulerunt ·
magnifice trinitati · qui uoluntatem timentium se facit · et deprecationem eorum exaudit · Ecclesia
autem eadem postq; scissimam accep glebam · diuinam ex integro consecuta est gratiam · scilicet
sepius angelicis uisitationibus honorata · et celestis splendore luminis illustrata · Aliquan
do quidem circa canticinium · multociens uero media nocte et p modum cerei qua qua uersum
p sacellum dispositi · nullo hominum ingrediente uidebantur · simul omnes accensi · Pli autem
eregione circumstantes · nullaq; confidencia accessum presumentes miri odoris fraglanciam
eminus hauserunt · et diuinam omnipotenciam simul et clemenciam et scissimi uiri pietatem
laudando predicauerunt · Non longo post tempe ad ostendenda serui sui merita multa dns opa
ri cepit miracula · ut uidelicet muti illic lingue officium · debiles uitalem menbrorum motum ·
et omnium infirmitatum languidi recipent sanitatis donum · Fuit quidam pauperrimus
homo nomine reginherus rebus tenuis · et totius ~~opis~~ corpis membris adeo debilis · ut nusquam
omnino progredi ualeret · nisi genibus et ulnis qui fera quadrupes reptaret · Hic auditis sig
nis que dns ad tumbam sui fidelis ministri uigiter ostendebat · quo pacto ad illum locum
pertingere poss cogitabat · Nouem et enim annis continuatim grauissima languerat infir
mitate pruideq; tanta emarcuerat debilitate · Nisu igitur quo poterat cepit se mouere · et
de adiutorio diuino presumens reptando obtinuit peruenire · Cumq; intima deuotione iacuit ·
aliquantum temporis salutem anime et corporis uigiter exspectans · et fideliter obsecrans apud
tumulum sanctissimum confessoris · quadam nocte nimius horror cum tremore illum inuasit ·
qui omnia eius menbra simul conquassauit · Recedente terrore sanus homo surrexit · quo
debilitas omnis penitus simul abscessit · Alio rursus tempe quidam ita pessime debilitatus ·
ut manibus tantum et brachiis in scabello nitens · post se traheret corpus · uelut alienum pondus ·
eo quod cetera menbra essent immobilia · et ad usum nature inutilia · Sperans igitur sanitati resti
tui meritis uiri scissimi · ad confessionem eius properare concupiuit · sed quo pacto peruenire quid
ue inciperet · nesciuit · Homines autem qui eum sciebant · eius fidem et uoluntatem audientes ·
misereq; passioni quam tolerabat condolentes uolebant eum uehiculis asportare · sed ipse
maluit suo nisu quo poss iter consummare · Motu igitur solito uiam ingressus serpendo pocius quam
incedendo peruenit · ad locum quem sitiuit ardencius · Veniens autem impetrauit a custodib;
ecclesie ut liceret sibi ad sepulchrum hominis dei dieb; et noctib; excubias agere · si quidem deus
scm suum in se uoluiss mirificare · seq; pro sanitate clamantem dignaretur
exaudire · Neq; in ea confidentia spe frustratus inani · quia dum aliquam
diu ibi de moraretur · integre restitutus est sanitati · Dormicio paule scte
Si cuncta mei corporis menbra uerterentur in linguas · et omnes artus humana
uoce resonarent · nichil dignum scte et uenerabilis paule uirtutib dicerem ·